



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto raphaele archa[n]gelo. Cap[itulum]. cxli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

sequacibus de celo electis. De quo exponit illud Apocalipsis. xij. Factum est prelium magnus in celo: michael et angeli eius preliabantur cum dracone etc. Cum enim lucifer dei equalitatem appetisset: archangelus hic celestis exercitus signifer a deo missus ipsum cum suis sequacibus de celo expulit: et in hunc aerem caliginosum usque ad diem iudicii remisit. **¶** Secunda est illa quam cum diabolo disputans de moysi corpore ipse triumphavit. De qua habetur iude primo. Cum enim diabolus corpus moysi prodere vellet: ut ipsum pro deo iudeorum populus adoraret. Michael non iudicium blasphemie impropere: sed imperio domini ei mandans: demonem expulit: et corpus moysi divina providentia occultavit. Tertia est quam de antichristo habitur est quando ipsum occidet. **¶** Tunc enim michael princeps magnus: ut dicitur Daniel. xij. consurgit et pro electis contra antichristum fortiter assidet. Deinde antichristus: ut dicit glo. super illud Apocal. xij. Cuius unum de capitibus eius occisus etc. mortuum se fingit: et per triduum lateres postea apparebit: dicens se suscitatum: atque magica ferentibus eum demonibus in aera ascendet: et omnes populi ipsum mirantes adorabunt. Tandem: ut dicit glo. super illud secunda Timotheo. Quem dominus ihesus interficiet etc. in monte oliueti ascendet: et dum stabit in papilionem et in solio suo in loco contra quem dominus ascendit: michael adveniens ipsum interficiet. **¶** Quarta est quam angelus quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantibus ab eorum temptatione nos liberant. Hoc autem tripliciter factum. **¶** Primo potestate demonis refrenando. Figura Apocal. xij. de angelo qui demonem ligavit: et in abyssum misit. Et Ijob. viij. de diabolo in deserto superiori ligato. Huiusmodi religio ipsa est potestatis eius refrenatio. **¶** Secundo concupiscentiam refrigerando. Figura genes. xxxij. Angelus tetigit nervum femoris labebat: et statim emarcuit. **¶** Tertio memoriam passionis mentibus imprimendo. Figura Apocal. septimo: de angelo ascendente ab ortu solis habente signum dei vultus: id est memoriam crucis. et infra. Nolite nocere terre et mari etc. quod ut signemus servos dei nostri in frontibus: id est mentibus eorum.

¶ De sancto raphael archangelo. Cap. cxi.



Raphael

archangelus: quia nulla speciali solennitate vel tempore recollitur. Ideo huic festo apparitionis michaelis merito coniungitur: ut de ipso aliquis mentio habeatur. Interpretatur autem raphael mes-

dicina dei. Hoc autem idcirco nomen angelus ille sortitur: quia quoties ad aliquem morbum incurabilem sanandum angelus aliquis a deo destinatus proponitur: tunc raphael angelus mitti creditur. Unde huic angelo duplex officium attribuitur: videlicet officium vite: et officium medicine. Est enim hic angelus et dux itinerantibus et medicus morbo laborantibus: unde et in horum commutationem: non solum tobiam iuniorē in via conduxit et sanum custodivit: ac coniugatus in diuitiis opulentum ad domum paternam reduxit: sed etiam tobiam seniore excecatum illuminavit. De quibus per singula ageat cum ad hystoriam tobie perventum. **¶** Quod autem hic angelus dux et custos in via itinerantibus existat: patet in quodam miraculo quod legitur in libro de gestis francorum. Dum enim quidam aurelianensis ad sacrum iacobum peregrinaret: angelo Raphael quem in devotione habebat: et quem ducem et custodem viatorum audierat se specialiter commendavit. Cum autem in via errasset: et appropinquans silve predones supervenientes conspiceret: festinare cepit iter ut eos evaderet. Et cum aliquantulum processisset: quidam se sibi quasi comitem vie coniunxit: et causam tante festinationis quesivit. Cui cum causam exposuisset et hostes se insequentes ostendisset: ille cum hortari cepit ne timeret: quia ipsum sine lesione ad rectam viam adduceret. Et cum hoc loqueretur supervenientes adstiterunt. Cuius ille nec potestatem nec navem ad transitum dum conspiceret: nec viam transiendam sciret: adhuc magis timuit: et se a comite deceptum putavit. Et ecce cum predonibus irruentibus ille omni auxilio destitutus se angelo raphaeli commendasset: subito ex altera parte fluminis cuiusdam se transiitum vidit: et hostes circa flumen dispersos dimisit. Subitoque ei comes ille disparuit. Sicque via sua persecutus est. Cum autem iterum rediens ad locum illum appropinquans in eisdem hostes irruere dubitaret: gravi sopore subito depresso sub arbore dormitavit. Cui in somnis comes ille qui eum trans flumen euegerat: apparuit: seque esse raphaelē archangelum cui se commendaret asseruit: quod eum in via custodierat et usque ad domum saluum ducere intendebat. Evigilans ille se ad unam diem prope ciuitatem suam reperit: et saluus rediens beato archangelo gratias egit. **¶** Quod etiam medela infirmantibus confert: patet in hoc miraculo. Circa annum domini M. ccc. lvi. iuuenis robustus ordine predicatorum intrauit in conventum derbele in insule anglicane: quod morbum caducum patiebat: sed tamen hoc fratribus non revelavit. Ideo autem ipsa egritudine opprimebatur: quod sepius cadens quasi tribus horis detinebatur. Quare completo anno noluit a fratribus ad professionem admitti. De gratia tamen mansuetus ad conventum leristrie missus est: ubi dum dicto morbo multum affligeretur: frater quidam ricardus de ponte fineto pro ipso deum orare cepit.

Eui dormienti raphael angelus apparuit: etq; dixit q̄ si frater ille voueret se continenter viu-
cturum: et in vita sua feria secunda in honorem
angelorum ieiunaturum sanitatem perciperet:
et q̄ ipse ad eum sanādū a domino missus esset.
Secq; raphaelē archangelū nominauit. Quod
cum frater ille nouitio rettulisset: illeq; votum
emississet: eadem die a morbo cecidit: et per vi-
sum angelum raphaelē cōspexit: qui ipm eleua-
uit: ac perfecte sanatum nunciavit: et vr̄ pmissa
impleret admonuit: addēs vt si q̄i cōtraueniret
illico in morbū recideret. Statimq; ille sanatus
est: et ex illo die morbū minime passus. Qui post
modum ad professionem receptus factus est bo-
nus clericus: et ordini gratiosus.

De sancto Alcto: e mar-
tyre. Cap. cxliij.



Victor miles et mar-
tyr apud mediolanum sub Maximi-
ano augusto passus est. Qui
maurici genere a prima eta-
te christianus canicie ueneran-
dus Maximiano amicissimus

fuit. Quem vt existens mediolani comparuit
christianum primo in carcere. vi. diebus affli-
ctum inde eductum flagellis cedi fecit. Et ite-
rum per triduum in carcere conpeditum detin-
neri. Rursumq; de custodia emissum christūq;
inuitissime confidentem fustibus durissime ce-
sum: tertio custodie artiori mancipauit. Dum
autem ab anolino consulari ad sacrificandum
suaderetur et immolare contemneret: tertio p-
ductus corpus eius plumbo et cera liquefactis
perfunditur: sed plumbo ac cera in modū aque
balnearis ab angelo reperfactis victor a crucia-
tu liberat. Inde eductus extra portam vercelli-
nam expectantibusq; militibus iussione in-
peratois omnibusq; dormitantib; ipse ab an-
gelo solutus ipsiusq; mandato fugiens in sta-
bulo latuit. Sed postmodū quadam ipsum ma-
trona indicante productus a militibus: et ferro
artatus in siluula que dicitur ad vitinos in vici-
dario imperatoris decollatus est: qui et morē
maximiani eodem anno: vt euenit futuram pre-
dixit. Corpus autem eius. vi. diebus expositus
vt a bestiis voraretur duobus leonibus eum cu-
stodientibus protectum est: et integrum reper-
tum a sancto mamerto episcopo in ipso loco tu-
mularū est. Qui passus est. viij. idus maij.

De sancto Caraldo episcopo et
confessore. Cap. cxliij.



Caraldus episcopus
ex hybernie partibus oppido
quod dicitur caraldus patre cu-
cho matre athena exortus fuit.
Dic nimia claruit sanctitate et
in signibus miraculis coruscas

uit. Nam statim vt ex vtero matris ad lucem
prodijt: caputq; eius in marmore percussit: ca-
put eius in ipsum marmor acsi in ceram mol-
lissimam intravit: et signum verticis concaui-
tatem dimisit. Et cum mater ex dolore partus
expirasset: infans sine cuiuspiam auxilio se ere-
xit: et matrem brachiolis amplexus ipsam suo
tractu dei gratia mirabiliter suscitauit. Longe
marmor in quo nascens caput defixerat: sub di-
uo positus esset et in ipsa eius concauitate plu-
uia caderet: omnes egri ex aqua illa sumentes
a quacunq; egritudine sanabatur. Postq; au-
tem ad presbyteratum ascendit: et conciuēs su-
os ad fabricandum ecclesiam prouocauit: dum
ipse quoq; in opere exercitaretur: quidam no-
bilis cadaver filij nuper defuncti lachrymabilis-
liter ei presentauit: ipseq; lachrymis illius cō-
patiens et dolori oratione fusa puerum conti-
nuo suscitauit. Quo miraculo multos ad deum
conuertit. Crescere autem eius fama filius
alterius nobilissimi militis moritur: cuius ca-
daver a patre in pberetro viro domini appon-
tur: vt ipsum suscitaret sicut et puerum alterum
suscitauit: instantius exoratur. Eum autem ip-
se ex humilitate recusaret: et operi ecclesie intē-
tus terram effoderet: casu terram abijciens su-
per corpus iuuenis asperxit: et ille repente vlti-
murrexit. Rex autem insule hec audiēs: et ip-
sa magicis artibus attribūēs nauigio venit ad
sanctum de suis finibus propellendū. Sed no-
cte ab angelis per visum territur: q̄ nisi resipis-
cat subito moritur. Eademq; nocte quidam
eius dux in hoc facto consiliarius repente inte-
rñt. Quod rex audiēs et dei vltionem expauēs:
a sancto ventam petijt: et ducatum ductis illius
defuncti ecclesie que fabricabatur imperpetuū
concessit. In qua ecclesia caraldus post breue
tempus archiepiscopus electus est: qui lauda-
biliter viuens duodecim sibi suffraganeos epi-
scopos constituit: et totam insulam verbo et exē-
plo ad xp̄i cognitionē adduxit. Omnibusq; re-
cte dispositis in pace quēuit. viij. idus maij. Lu-
ius corpus cum multo tempore latuisset: a dra-
gone archiepiscopo domino reuelante repertū
et in ecclesia tarentinā. honorabiliter tumulatum
miraculis radiare non cessat.

De translatione sancti Andree. Cap. cxliij.



Translatio corporis

beati andree apostoli tēpore cō-
stantini imperatoris facta est.
Eius corpus de patracei. ciui-
tate vbi passus fuerat: et a mari-
milla senatrice sepultus cū ossi-
bus sanctorum beati luce euangeliste de bithy-
nia sublati: et Timothei discipuli sancti Pau-
li ab epheso sumptis: constantinopolim transla-
ta sunt: ibiq; reuerentia digna recondita. viij.
idus maij: vt dicitur Ado.